



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm || Ivlii Et Avgvsti

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10261

XXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77405)

insanabile habes malum, & verustate huic vanitati adhærens credere non vis: Me autem vocauit ille, qui ex gentibus ad suam gratiam olim vocare promisit. Parce consilijs tuis diabolicis, plange & cognosce actus tuos malos, & crede in Deum viuum qui fecit omnia. Tunc Maximianus ad tãtam eius fidutiam commotus, iussit adstantibus, vt de apposito sacrificio inuito ei offerrent, applicitis armatis econtrã. At ille beautissimus confundens regiam iniquitatem, & eius præcepta fide armatus contemnens, calce mensam percussit, euertens eam cum omnibus appositis. Iracundia repletus Maximianus, iussit eum tradi vni ex ministris, qui euaginato gladio, stetit stupidus, ferire non valēs. Cui Maximianus: Adhuc stas male miles? At ille respondit: Caput eius sicut mons est ante me, vndè totus contremisco. Tunc Maximianus tradidit eum alijs, vt occideretur. Gaudio itaque repletus martyr, aquam petijt, & manus suas lauit: stetitque genua, & ceruicem in terra humilians, oratione fusa ad Dominum, animaduersus est. Post aliquot dies quædam matrona castissima, nomine Grata, collegit corpus eius, & posuit illud in prædiolo suo non longè à muro ciuitatis Pergamentis. Cuius passio completa est, septimo Calend. Septembris.

**MARTYRIVM SS. GEORGII DIACONI,
AVRELIJ, FELICIS, NATALIAE ET LILIOSAE AB EV-
logio quodam eorum contemporaneo, & vt equidem sentio, presbytero &
martyre, non dubia fide conscriptum, nos numerum ca-
pitum ad marginem adiecimus.**

Augusti 27.
Cap. 1.
S. Aurelius
ex matre
Christiana
natus.
Extra eccle-
siã non est
salus.



FUIT iuuenis quidam sub Rege Abdirama apud Cordubam Hispania ciuitatem, natalibus & rebus plurimos antecellens. Is in infantia matre Christiana & patre gentili orbatus, tutela amitæ suæ fidelissimæ vsq; in adolecentiæ annos fouebatur, docebaturque Christum verè credere Deum, nec nisi in Ecclesia salutis viam & iter regni celestis posse reperiri. Quam doctrinam venerabilis puer à puero imbibens, licet Arabica demùm erudiendus literatura, studijs affinium traderetur, tamen affixam calitùs animo fidei sanctæ notitiam nulla vanitatis figmenta mutare potuere: sed corde semper Christianissimum retentans, cum ad solam irrationem meditationi periturarum insisteret literarum, eo amplius in amorem Christianæ fidei exardescibat, quo liquidius deliramenta peruersi dogmatis probans, subtilem dæmonum fallaciam aduertebat. Et cum non posset publicè fidei suæ cultum exercere, at tamen vbiquè Dei sacerdotibus sese commendans, pro se ardentius orari poscebat.

Cap. 2.

Interea strenuus adolescens factus, cogitur adhortatione propinquorum, congruum suæ nobilitati connubiũ appeterè. Itaque crebris precibus caeleste numen orans, petebat vt talis ipsi coniunx daretur, quæ secretum ipsius tegere nõsset, faueretque mente & corpore cultori latenti. Hacigitur contemplatione tandem reperit sibi honesto germine virginem, moribus comptam, rebus locupletem: quæ cum præcipuo venustatis habitu extrinsecus decoraretur, præstantiùs tamen intrinsecus spiritali enitebat decore. Erat illa parentibus paganis progenita, & adhuc cunabulis incubans, patre orbata est. Eius autem genitrix alteri viro nupsit, qui fidem Christi occultè retinebat: isque coniugis errorem corrigens, priuignam Christo assignare studuit, eamque ex sacro baptismate Nataliam appellauit. Etsi autem publicè admiscerentur paganis, gestabat tamen vterque firmiori deinceps animo religionem. Hanc ergo puellam memoratus iuuenis sibi coniugem asseiuit, completis sponsalium titulis: sicque pari consortio per aliquod tempus fidem Christi clam venerabantur.

Aurelius du-
cit vxorem
Nataliam.

Cap. 3.
Felix & Li-
liosã

Fuit quoque & ipsi proximus genere vir quidam, nomine Felix, idemque sancta dilectione connexus. Et is quoque filiam occultè Christianorum, Liliõsam nomine, ducens vxorem, vnà cum illa Christum in abditis colebat. Itaque mutuo sibi cohærentes, constantem inter se conseruabant familiaritatem & beneuolentiam, & nec prosperis, nec aduersis à se inuicem separabantur, eratque illis idem animus, eademque sententia. Denique sanctæ huius deuotionis ardor tantam vtrique fratris, puta Aureliõ & Felicij, charitatis perfectionem attulit, vt nec vita, nec mors diuideret, quos par

par religio confociarat. Non plurimis autem exactis annis, ad forum Aurelius profectus est eo die, quo Iohannes ille, cuius mentionem recolo me alibi habuisse, odio Christiani nominis vsque ad necem verberibus fuit cruentatus, & instar foeminae sedere compulsus a fello, immenso vinculorum pondere coarctatus ferebatur: cuius ponderis tanta erat immanitas, vt in partē illam iumentum instratum inclinaretur, ad quam vis onerosa crurum dependebat. Atque ita praecedentibus illorum praerogibus, per totam circumductus urbem, tandem scellitum ministerio ad spectaculum vulgi pertractus est. Poteras tunc audire hinc inde voces exprobrantium, atque insultando dicentium: Nequaquam dignam sui sceleris poenam persoluit hic homo, qui gentis nostrae vatem improba subsannatione non est veritus impetere. Hunc enim pseudopropheta, cuius causa videbantur zelo accenssi, Ismaelitarum gens solum in veneratione habet, tanquam per eum salutis didicerit viam.

Martyrium Iohannis Iuudam.

Mahometem dicit.

Hoc ergo spectaculo futurus athleta, amore compunctus martyrij, & caelesti quodammodo flamine adspiratus, credidit mox sua causa id contigisse, tanquam diuinitus inde admoneretur, ne formidaret eos, qui corpus occidunt, cum nihil detrimenti animabus possint asferre: sed illud potius timeret, qui potest corpus & animam perdere in gehennam. Admirans vero stabilitatem & constantiam tantae fidei: Verè, inquit, super Euangelicam petram tabernaculum credulitatis viri huius fundatum est, quod tanta vis tormentorum non impulit, nec labentium poenarum aura conculsit. Haec cum inter crebra suspiria coepisset animo ruminare, regressus domum, retulit praesodali cuncta, quae viderat, laetoque spiritu addidit: Tu semper dulcissima coniunx, cum ego mihi merer viuerem, & Deo mortuus essem, sedulo me tuo hortatu ad meliora inuitabas: instabas tota die, a seculi voluptatibus me nitens auellere, vt praerferrem tenebrosis huius mundi affectibus felicitatem regni aeterni. Labentia cuncta, & omne quod sine arctatur, cum omni festinatione suadebas vt despicerem: praedicabas monachos mundo renunciantes: religiosorumque, virginum conuersatione oblectata, vitam sapientius suspirabas sanctorum. Sed ego haec audiens, differebam operibus exequi, licet aliquando ea tenuiter animo meditaret. Nunc verò tempus est, charissima, vt assentiar omnibus quae laudabas. Quam obrè primò omnium munditiae castitati studentes, vacemus orationi, quò facilius ad reliqua sanctitatis opera properemus. Fiat dehinc foror, quae haec tenens coniunx fuit: & spreto conglutinatione corporum coenosa, nouerit mens praestantior, spreto carnis oblectamento, perpetuae incolumitatis producere germina, si quo modo digni reddamur martyrij praemio.

Cap. 4.

Matt. 10.

S. Aurelius viso spectaculo agonis praedicti Iohannis, animatur ad poenitentiam & martyrium

Is postea cum sua coniunx viuit continenter & sine concubitu.

Suscipit latantibus animis venerabilis mulier pium viri consilium, gaudensque multis modis in tam subita in sperata salutis oblatione: Haec sunt, inquit, quae semper optabam audire, videlicet vt carne morientes, viuamus spiritu, vnum pariter effecti cum illo, sicut scriptum est: Qui adheret Deo, vnus spiritus est. Quam obrè mi domine, quia hoc tibi non humanitus inspiratum creditur, absoluaui nos cunctis facinororum vinculis, & studeamus desiderio vite perennis. Fit proinde vtrorumque communis in Dei seruitutem assensus. Diuiduntur concubitu, votis iungitur Angelicis. Fulgentiori fulcra operimentorum colorumque varietate, quò suam conuersationem vulgo celent: sed in interioribus alterius cubiculi, extructis est crudis lateribus toris, ac hispidis tantum adiectis è cilicio instratis, separatim cubant. Quod diuortium sancti propositi, diuino est tali decoratum miraculo: Quadam nocte cum in huiusmodi stratis membra quieti dedissent, iam noctis medio ecce subito videt venerabilis mulier agmen candidatorum, parentibus foribus, in domum suam ingredi. Quae turba caelestis dum pauimentum linteis niueo candore micantibus sternit, sole clarior simul inducitur splendor: Dehinc post paululum subsecutus iuuenis, incomparabili nitore redimitus, què nemo sine multo terrore humanis oculis intueri posset, accessit ad torum nobilis Aurelij: muniensque illum signo Crucis vndique, dixit ibi quaedam solennia verba, quae illa professà est praenimio metu se intelligere nequiuisset. Postea verò ad Natalis stratum accedens, celebrauit eadem, pariterque cum ipso splendore recessit. Nos quidem, iuuenis tanto stipatus obsequio, quis fuerit, lectoris arbitrio censendum relinquimus: non tamen absurdè ille, qui in suo sancto Euangelio promittit, vbi duo vel tres congregati sint in nomine ipsius, ibi se fore in medio eorum: suos milites, ad tantum agonem destinatos, visitasse intelligitur. Si quis autè, quod minimè credimus, hoc fabulosum autumauerit, sciat testem esse conditorem omnium & arbitrum, ita me ab illis accepisse, qui se illam haec eadem saepe audisse narrantem dicebant.

Cap. 5.

1 Cor. 6.

Nora lectorum aspectum.

Visio S. Natalis.

Matt. 18.

Cap. 6.
Alia eius
vifio.

Testabatur etiam eadē Christi electa, quia viderit nup̄er domum penetrari eādem à turba monachorū, dicentium: Ecce venit Domina, Ecce venit Domina. Cumque hæc loquerentur, illicō successisse quandam virginem, inæstimabili specie cultuque vestitum nimis vernantem: quæ confestim adiens virum ipsius, arrisit ei, hincque recessit.

S. Dei genitrix amatrix castitatis.
Exercitia Aurelij & Nataliæ.

Hanc fatebatur genitricē Domini nostri Iesu Christi fuisse, quæ semper castitatis amatrix, cunctos huius gratiæ sectatores adiuuando circuit, fouet, ac blandè amplectitur. Igitur his tam magnis rebus animati, non elationis permoti sunt stimulo, sed magis ac magis in dies in Dei seruitio feruebant, ieiunabāt sæpè, orationi insistebant ex animo: & quæcunque poterant ex scripturis diuinis discere audiēdo, interiecto vigiliarum labore, ea meditabantur. Credebant enim posse se dæmoniorum fraudem talibus euincere studijs. Gerebant nihilominus curam pauperum, & visitabant omni studio loca sanctorum. Et quoniam iussio Regis egerat, vt post venerabilem beati Isaac necem, vel aliorum sanctorum, nonnulli ex presbyteris & diaconibus Ecclesiæ, carceri, in quo prædictus erat Iohannes, manciparentur, tanquā ipsi excitāssent eos ad martyrium: aderant illi frequenti discursu circa compeditos, ministrantes eis, prout poterant, de suis. Detinebantur quoquē his vinculis, quanquā in alia parte separatim, duæ virgines, Maria scilicet & Flora, quarum vltima diris nup̄er fuerat flagris pro Christo cruciata. Ibi etiam, cum ego peccator Eulogius vnā cum alijs ex interiori iam ductus carcere residerem, non solū ipsam sæpè nominatum virum Aurelium agnouī: sed &, fauente Deo, eius merui amicitiam obtinere.

Maria & Flora.
Hic habes nomen auctoris, qui postea pro Christo occisus est.
Cap. 7.

Interea cœpit deprecari se institui à nobis, quid ageret illis diuitiarum copijs, quibus multum abundabat: num protinus eas sisco inferendas relinqueret, & nihil de ijs ipse ordinaret. De filiabus etiam in ætate adhuc parua positis, quas vtique post suum & coniugis discessum profano tradendas ritui altius dolebat. Cui cum omnia intuitu regni cælestis & causā retributionis æternæ non solū relinquerent, verum etiam fugienda esse potissimum respondissem, confestim subiunxi: At si prouida * facultas superpetit, qua hæc omnia, magistra discretionē intercedente, ordinentur: vtilius primū iudico, sobolem ad tutiorem transponi locū, vbi Christo liberius assignetur: res quoquē iuxta mandatum Domini venditas erogare, quō expeditior vobis pateat deinceps post Christū ingressus. Sic enim ipsa veritas sciscitanti se iuueni, quemadmodum vitam æternam possideret, respondit: Si vis perfectus esse, vade: vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & veni, sequere me, & habebis thesaurum in cælis. Sed etsi pars aliqua in subsidium relinquatur infantum, culpabile esse non poterit: quod multa Patrum insinuant documenta. Ideoque si ad hanc dispensationem potestis attingere, optima res & perfectum opus erit, quod vos expensis omnibus expeditos, securus ad cæli militiam faciat properare. Non enim cunctandum est spernere patrimonium, quod multo melius & latius in cælum, quō vos nitimini, proficisci constat. Nec filiarum affectus societati sanctorum præponendus, cum & illas tueri possit in hoc seculo, cui prouida de omnibus cura est. Et reuera non omnes paruuli fouentur parentum industria, nec educantur cuncti eorum labore. Nam etsi eorum solertia nonnunquam benè enutriuntur, solet tamen euenire, vt suo postea deprauentur vitio, ponentes lucem tenebras, & dulce in amarum. Quapropter committite filias vestras diuinæ tantum misericordiæ, vt votum vestrum nullius obligationis vinculo retentum, ea iuuante, consummare possitis.

* facultas
Instruit Aureliū S. Eulogius.

Matt. 19.

Vt sequamur Christum, non sunt curandi liberi.

Cap. 8.

Igitur cum nos, quandiu illa horribilium claustra carcerum habuere, non desisteret visitare, frequentius tamen prudentissima eius coniunx locum illum, quo sanctissimæ virgines Flora & Maria detinebantur, non solū die, verū & noctū, quasi vnā è compeditis, incoluit: vt consolaretur eas, nè deficerent in pressuris, vel se affectui commēdaret certantium. Instabat siquidem precibus, & laborabat obsecrationibus, vt memores essent sui viri & ipsius, si quo modo mererentur ad palmam martyrij pertingere. Dant ad hæc fidutiam præstandi beneficium sanctæ virginis, quæ suas nouerant in nullo repulsam pati post victoriam preces: nec poterant suæ participi quicquam negare, quæ se non dubitabant præstantius audiri post adeptum sponfi consortium. Cum ergo peruenissent intrā breue spatium ad id, quod optabant, consummato agonis cursu per pœnam gladij, apparuerunt eidem Nataliæ quadam nocte in somnis, niueis amictæ indumentis, velut in medio candidatorum, in circuitu residentium. Hi videbantur phialas in manibus, & quorundam florū manipulos vnā cum ipsis Deo dicatis virginibus tenere. Quas cum illa, vt arbitrabatur dignum, humilima suppli-

SS. Flora & Maria virgines ceduntur gladio.
Apparent S. Nataliæ.

supplicatione ad sedendum vellet inuitare, nec auderet, territa maiestate calicorum: vix tenui allocutione tandem aggreditur eas, dicens: Quam fidutiam, o sacratissimæ virgines, me iubetis habere in his, quæ mihi nupèr non estis dedignatæ polliceri, dum detineremini adhuc intrâ carceris claustrum? & si votorum meorum commodis positura sim, gratissimis, si placet, explicatè responsis, nè vires mei conatûs vano consumantur labore, dum aliud intentio quærit, & aliud merita expectant. Cùm enim Deus plûs meritis, quàm precibus faueat, vereor nè meorum repellantur congesta precaminum, quam non iuuat dignitas meritorum. Quapropter dominæ meæ, sponsæ Christi, si deinceps sustinendi præmium sponsonis vestræ spes nobis fida subsistit, enarrare studete, quò promptiùs ego & vir meus ad superna tendamus, ac validiùs in certamen roborerur. Tunc eam sanctæ virgines alloquijs, cælestium diffusionè gratiarum præditis, demulcentes: Comoda, inquit, vestri laboris in æthere reposita, tempore necessario vobis metenda seruantur: nec labatur eorum merces in certamine, quia faciet insupèr athletas inuictissimos ire ad regnum. Deniquè martyrium vobis à constitutione mundi diuinitûs præscitum & prædestinatum cognoscite: quod solito felicioribus insistentes sanctitarum studijs, post paululùm vos congruit implere.

Qua in re libamina sacerdotum laboribus vestris adsciscite, suffragia implorate sanctorum, ubiquè vos precibus seruientium Christo committite, votiuo veneranda Dei sanctuaria discursu incolite, & omnium religiosorum expetite obsecrationes. Quantiù enim ea, quæ diximus, quandoquè vobis euentura sint præmia, per hæc tamen velut quibusdam gradibus innitendo, vos tantæ celsitudinis arcem faciliùs contingeretis.

Nostrum autem sermonem certum esse huiuscemodi indicio testamur, quòd instante die certaminis vestri, cœnobita quidam, conseruus noster, à Domino directus adierit, qui vobiscum assequi palmam martyrij cœlitûs ordinatus est.

Post hæc cùm visio oculis est intuentis subducta, vehementiùs tantæ rei miraculo concutitur, & mox hilarior à somno exurgens, auget opera sanctitatis, fragilemque sexum fortem ad pugnam erigit, ac superno munere vires ad certandum corroborat.

Hinc iam spe certiori animata, virum informans, omninò eum, vt terrenis exuat acerbis, edocet, sciens eos, qui à principio mundi cælestibus essent dedicati militijs, continuò post victoriam calicolis admisceri. Atque ita magis magisque, redemptore & sanctis omnibus fruendi, ignito feruescentes desiderio, natorumque negligentes affectum, spernebant quicquid mundi peritura specie continetur. Omnia distrahunt, vendunt quicquid adhuc supererat, quò liberiores Christum sequerentur. Ex eo autem precio quippiam filiabus relinquētes, cætera omnia vsibus applicant egenorum.

Visitabant quoque virorum ac fœminarum monasteria, sed præcipuè Tabenense cœnobium, quod famosissimum in illis habebatur locis. Erat enim vtrique sexui aptum, virorum scilicet ac mulierum. Ibi etiam Natalia frequenter cum ancillis Dei morabatur, quærens ab eis discere totius sancti timoris religionem. Nam & geminum filiarum pignus ipsa & maritus sub earum tutela decreuerant constituere: quarum prior Felicitas, annorum (vt dicebatur) octo, sequens Maria, quinquennis esse credebatur. E quibus ego post necem parentum minorem reperiens, vix tenerimo ore ab ea rogatus sum, vt parentum gesta vel passionem scribere non differrem. Cumque, quid pro hoc ab ea beneficij deberem præstolari, exquirerem: Impetrabo, inquit, tibi pater, à Domino paradisum.

Hæc autem interseruî, vt ostenderem merito parentum illuminari sæpè à Domino proles. Mirum quippè poterat videri, hæc illam proloqui ætatem. Sed vt ad proposita redeam, referendum est, quomodò iam dicti Dei homines cælestibus intenti vigilijs ac orationibus, frequenter superno lumine in cubiculo, in quo ista meditabantur, persusi sint, aded vt illapsum iubar æthereum, omnem præsentis speciem luminis obscuraret, perindè ac si nihil in se splendoris haberet. Quamobrè amore & suauiate eius lucis ad superna subleuati, aiebant se non sine graui molestia corporeum onus ferre, quod se scirent pro Christo deponere debere. Non post multos autem dies, antequàm ad passionis certamen vocarentur, accidit vt sola Natalia domi residens, Christum, quibus posset suspirijs, obsecraret. Et ecce subitò ad stare sibi miræ pulchritudinis cernit virginem, Angelico decore venerabilem, primæ, vt videbatur, florem adolescentiæ ferentem. Cui cùm illa diceret, Tu quæ es, filia? & si è vicino accedis, causas tui aduentûs edisere: protinùs spectabilis virgo: Filia, inquit, sum amici tui Montesi, quam tu mundi huius ærumnis olim scis

Libamina sacerdotum, dicit Missarum sacrificia.

Iste cœnobita est S. Georgius.

Cap. 9.

Aurelius & Natalia præclare se præparant ad martyriû.

Tabenense cœnobium virorum ac fœminarum.

Cap. 10. Parentum meritis, benedicuntur liberi.

Visio S. Nataliæ.

exemptam, quamque tu eadem hora, qua supremis laborabam angoribus, priusquam propius visitares, reperisti exanimem: & licet te in seculo degens minimè nouerim, ipso tamen obitùs mei momento, quæ es, Domino reuelante, cognoui. Et nunc, eo mittente, præuia nunciatrix palmæ tuæ accessi. Instat nanque iam vobis tempus exequentiæ victoriæ: adsunt dies publicè profitendi fidem Catholicam, hostemque expugnandi terribilissimum. Quo victo, cælorum vos aula coronandos assumet, perpetua deinceps gloria potituros. His itaque distis, agnoscit ilicò rem hanc ita, vt dixit puella, à se olim gestam, nec aliter se habere, quam illa esset profecuta. Vnde & de reliquis dictis certior effecta, cum ei vellet grates, prout sibi dignum videbatur, exoluere, elabitur è conspectu ipsius illa virginalis species ætherei nuncij & index venturi certaminis. Fit prorsus venerabilis mulier tali oraculo lata, & tanto spe firmiori ad prælium excitatur, quanto patræ actionis veritate cernitur informari.

Cap. II.

Verùm vt attentius scopum destinationis suæ intenderet vterque, essentque non dubij de mercede reposita, iuxta sanctarum superius memoratarum virginum edictum, octo diebus antè, quam comprehenderentur, promissus ille cœnobita contubernalis eorum affiscitur, & inseparabiliter illis quodammodo alligatur, vt felici martyrio sub vno die pariter coronarentur. Debet autem hîc interleri eiusdem monachi historia: & quia vehemènti admiratione ætatem nostram eius causa concussit, successuris quoque generationibus relegenda mandetur, vt ex eo Catholicorum religio & pietas incremento fidei augeatur, in quo sui redemptoris oraculum speciali quodammodo veritate cernit esse impletum. Prædixerat quippè magister noster &

Matt. 8.

Dominus, quòd multi ab Oriente & Occidente venientes, recumberent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum. Quòd testimonium certis contuemur indicij in ipso monacho & Leuita Georgio omninò perfectum: cui tellus Bethleemica ortum, & incolatum peregrina Hispaniæ rura contulerunt. Hic, inquam, vir ab adolescentia sua seruitutem Dei amplectens, viginti & septem annis apud monasterium sancti Sabæ, quòd ab Hierosolymis in partem Australem octo millibus dispalatur, sub regulari magisterio conuersatus est. Qui à venerabili David Abbate eiusdem cœnobij ob stipendium monachorum ad Aphricam directus, nullo modo tot interiorum terrarum & marium distulit subire discrimina, quibus vtique incunctanter se fructum summæ virtutis, id est, obedientiæ, nouerat promereri. Sed cum ibidem vapulare Dei Ecclesiam in cursatione tyrannorum reperisset, atque ibidem minimè se in ijs, pro quibus venerat, fratrum necessitatibus proficere cerneret, inde cum consilio & horratione Carthaginensis Episcopi in Hispaniam proficiscitur. Erat enim, vt de eo certissimè scitur, summæ humilitatis, magnæque abstinentiæ vir. Apparebat iucundus admodum & hilaris cum modestia. In omni autem colloquio illius, timor Domini ressonabat, adèd vt os eius semper de corde puro charitatem exhauriens, fauam dilectionis promere videretur. Cum vitijs verò & concupiscentijs mortificare iuuabat membra,

Historia S. Georgij monachi & martyris.

Eius sermones.

Carnis mortificatio.

Vestes.

Abstinètia.

Cap. 12.

Preces & Vigiliæ.

Psal. 33.

Psal. 119.

vt in aduentu Domini rediuiuo animatus vigore, gloriosior cum ipso appareret. Et cum hæc studiosè videretur agere, nimium recusabat videri iustus, vel dici. Reuerà à die, quo monasterium petijt, vsque ad finem vitæ suæ, vt ipse quibusdam secretiùs retulit, nec est vsus balneis, neque aqua perfusus. Vestes autem, quibus utebatur, erant vilissimæ, vt vix duplici possent nummi estimatione pensari. Edebat sanè ita parcè, vt magis abstinentem iudicares, quam comedentem. Nec purum vllatenus vini calicem, sed infusam mero aquam, pro more habebat bibere. Inspidus nanque gustus nec bibere nimium, nec inebriari conuiuam sinebat.

Festinabat sedulè diuinam exorare clementiam, & vigilabat attentius: habebatque illum Psalmographi versiculum in vsu decantare, si vel ad modicum daretur ei quies: Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Cordis verò compunctionem ex amore cælestis desiderij cenfebatur esse maximè requirendam. Sed quid opus est ista in longum prosequi, & quasi quiddam virtutis homini Dei inculto sermone adhibere, præsertim cum qualis & quantus extiterit, ipse effusus propter iustitiam eius cruor insinuet? Et quæ potius laus militem Dei valet extollere, quam vt pro Christo non timeat mori, sicut ille non dedignatus est ferre mortem pro ipso? Vnde & Psalmista cum dixisset, Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? protinus subiunxit: Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Ergò beatus vir quomodo ad cellitudinè huius calicis propinquauerit, melius ipse, quam nostro,

nostro, credimus eloquio explicandum. Sed cſtimo primùm breuiter inferendū, quod tacitè in ſuis dictis præteriſſe videtur. Nam ante vnus ſep̄imanæ euolutionē, non ſolum ad eſſe ſibi mortē pro Chriſto, verum etiam, quibus eſſet in eadē confociadus, prædixit. Sed & quādiū nobiſcum conuerſatus eſt, nulli omninò ſui ordinis dignitatem reuelauit, niſi cū iam detineretur carcere. Tunc etenim profeſſus eſt ſe Diaconū eſſe. Ibi etiam ſui itineris prolixitatem, necnon & martyrij oſtenſionē ſibi reuelatam, protulit potuit, ſcribere curauit, ac fratribus ſuis cognoscendam direxit. Erat autem peritus Græcæ linguæ & Arabicæ, qua Iſmaëlita vtuntur: Latinam verò non ſatis valebat exprimere: māluit tamen ea ipſa iuxta hunc modum in ſubiecto vt ſermone:

In nomine Patris & Filij & Spiritūs ſancti. Glorioſis patribus ac fratribus congregationis ſancti Sabæ, quingentorū numero virorum, Georgius peccator, necnon monachus & Diaconus, perpetuam in Domino Ieſu Chriſto ſalutem. Cognoscite, o venerabiles, introitum meū in Hiſpaniam non fuiſſe alium, niſi gratia ſtipendij veſtri, qui ſub arctiſſima regula & regimine ſancti patris noſtri Dauid Hieroſolymæ degitis. A quo ad Aphricam miſſus deinceps ad Hiſpaniam commigraui. Sed hanc ipſam regionem nimis aſſiſtam reperiens, coepi cogitationibus varijs æſtuare, ſi aut propriū ſolum reuiſerem, aut regnū Chriſtianorū, id eſt, Franciā appetere. Et cū chariſſimos quoſdam amicos ſuper hac re conſulerem, nonnulli peragere me eam iubebant: plerique ad cœnobium reuertenti inuitabant. Hinc velut ebrius, diuerſo præpeditus tractatu, cui me primū cogitationi ſubmittere, neſciebam. Sed tandem deliberans, quod ad patriam potius redire deberem, perrexi de Corduba ad Tabenense cœnobium, quatenus fratrum & ſanctarum ſororum ibidem degentū benedictio iter meū potuiſſet comitari. Vbi Abbas loci illius, vocabulo Martinus, cuiusq; ſoror Deo dicata Elizabeth, dixerunt mihi: Veni frater, & accipe etiam benedictionem itineri tuo ancillæ Dei Nataliæ. Quæ mox vt me intuita eſt, Promiſſus, inquit, noſter comes & collega hic monachus eſt. Ego verò agnita eius cauſa, & ratione penitus comperta ilicò pedibus eius aduolutus, pro me Dominum eam orare rogauit, ſi fortè ſpiritus ſancti reſpectu illuſtratus, ad illa, quæ pollicebatur, peruenire meruiſſem. Et illa: Vndè hoc nobis, pater, vt cum peccatoribus pergas? Cumque eadem nocte ibi manſiſſem, apparuit mihi in viſione noctis ipſa venerabilis mulier, neſcio quod genus odoramenti precioſiſſimi accommodans, referebatque: Ditiſor mihi ab hoc theſaurus eſt. Manè autem factò, descendimus ambo in ciuitatem ad virum ſuū Aurelium. Quem cū vidiffem, proſtraui me nihilominus pedibus eius, petens ab eo, vt oraret etiā ipſe pro me, quatenus ad promiſſum Dei donum vnà cum ipſis dignus accedere poſſem. Qui vt rogandi votum ſuſcepit, exarſit in me, fateor, vaſtus ignis celeſtis amoris, ita vt iam deliberatum reuertendi iter obliuiſcerer. Atque extunc omnes pariter in domo Aurelij congregati, reddebamus Domino cum iucunditate vota laudationis. Reperi etiā apud illos B. Felicem cum ſua coniuge Liliſa: qui & ipſi etiā omnia ſua vendiderant, & per loca ſancta ſeu pauperibus erogauerant, parati omne genus tormentorū propter filium Dei & dilectionem eius ſuſcipere. Poſteà exiui ab eis, & cauſas, quibus præpediebat, cum omni feſtinatione diſpoſui, & ſic ſecurior ad eos reuerſus ſum. Qui læti & exultantes de reditu meo, gratias Deo retulerunt, dicentes: Scimus, frater chariſſime, quia Dominus miſit te ad nos, vt palmam nobiſcum martyrij dignus exciperes.

Præterea omnes in commune dehinc cogitare coeperunt, quomodo ad deſideratam peruenirent coronam. Vndè, Domino diſpenſante, viſum eſt illis, vt pergerent vxores beatorū Aurelij & Felicis reuelatis vultibus ad eccleſiam, ſi fortè eos alligandaretur occasio. Et hoc, non quaſi immemores præcepti Dominici, qui ait: Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam: ſed vt exemplum fierent illis, qui pro fide Chriſti diuerſis erant vinculis mancipati, ne quādo ad martyrij palmam properare timerent. Nam reuertentibus de eccleſia mulieribus, accidit vt quidam exactor malignus eis obuius eſſet: cumque cauſam cultūs agnoſceret, ilicò, ſumpta occasione, viros earum quaſi neſcius interrogat, quid ſibi vellet talis ſceminarū progreſſus. Qui reſponderunt: Fidelium, vt ſcitur, mos eſt eccleſias viſitare, & atria venerabilium martyrum piæ deuotionis humilitate requirere. Ergò & nos, quia eiufdem religionis ſumus, proſitemur nos ac mulieres noſtras, eodē accenſos zelo, ipſius fidei ſanctum geſtare vexillum. Statimq; delator iudicem aggrediens, ei omnem eorū rationem expoſuit. Interea yadit dominus Aurelius ad iam dictum monaſterium, filias viſitaturus, ac ſanctorum ibi Deo ſeruientium ſe orationibus commendaturus. Quibus cum pacis

Claret ſpiritu prophético.

Cap. 13. Epitola eius.

Veni in Hiſpaniam S. Georgius Leuita, vt cum Aurelio & ſocijs eius martyrij ſubeat.

Cap. 14. Hoc loco abrupta videtur Epitola. Matt. 10.

Nota anti. quā morem Chriſtianorum.

ofculo valedicens, caelesti virtute armatus, ad martyrii praelium cum socijs reuertitur.

Cap. 15.

Igitur cum prolatam aduersus sanctos Dei iudex questionem intenderet, sciretque authorem esse huius rei Aurelium, grauius ex hoc interius vulneratus, praecepit eos quamproperè suis conspectibus praesentari. Tunc milites rapido cursu domum sancti Aurelij occupantes, in qua omnes sancti collecti erant, in foribus adhuc clamare coeperunt: Exite miseri, exite citius morituri: quibus est vita tedium, & mors pro gloria computatur. En iudex praesens est, paratus iam decretum ultionis in vos effundere. Pergite nunc debitum mortis mala exoluere, & pendentem commissae prauaricationis sustinere sententiam. Exin viri cum mulieribus suis quasi ad epulas laeti proficiunt, ut putares eos credere iam apud iudicem sua inuenire donaria, qui nihil aliud penè poterant habere, quam tormentum. At sanctus Georgius, cum minimè cerneret à lictoribus se teneri, ilicò superna fretus fidentia, cum exprobratione proclamat:

Alacriter
properant
sancti ad
martyrium.

Quarè molestiam hanc fidelibus irrogatis, & vanam sequi violenter cogitis scitam, quos sibi sancta fides proprios vendicauit? Ut quid alieni à Deo vero, perditioni vestra agglomerare nitimini praedestinos ad vitam? An non poteritis vos inferni claustra adire, nisi nos comites habeatis? Nunquid non sine nobis aeterna vos cruciamenta adurent? Vos, vos abite illuc, ubi simul cum duce vestro inferorum delictijs perfruarini. Quid nobis & tartaro, quem Christus Deus noster illaesus penetrauit, expoliuit, & vicit?

Praeclara S.
Georgij vox

Vix hunc sermonem compleuerat, & iam furens dextera fatellum in iniuriam monachi laborabat: quem diuersis laceratum stimulis allidentes, calcibus etiam pugnisque acerrimè tuderunt. Cui cum sancta Natalia seruore animi, quo semper ardebat, Surge pater, eamus, acclamaret: ille quasi nihil mali esset perpessus, ait: Haec omnia, foror, commodis profunt meritorum, augentque amplius, quam minuunt coronam, à Domino nobis reseruata. Et ita cum seminecem à terra leuantem, vnà cum alijs iudici ad stare fecerant. Quibus oblati, cum primò ab eis blando affatu requiret, cuius rei intuitu, à suorum institutis recederent, vellentque temporariam felicitatem, multiplici deliciarum flore vernantem, quos utique etiam in futuro, non solum muliebris oblectatio admirabilis, verum etiam dignitatum & ferculorum copia demulcendos expectarent: protinus quasi ex vno ore respondent: Nulla, o iudex, temporalis affluentia lucris comparatur aeternis: quorum gratia hanc vitam despicientes, per fidem Iesu Christi, qua omnis operator bonus iustificatur, eandem, quae in futuro sanctis promissa est, requiem nos adepturos confidimus, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Omnem verò cultum, qui à Christi pietate dissentit, nec proficitur sanctae Trinitatis essentiam, & vnum Deum, vnam fidem, vnum baptisma, omninò reprobum iudicamus.

Cap. 16.
S. Georgius
duè verberatur.

Hac & multa alia diffuso ore sanctis ante iudicem asserentibus, scitamque ipsius fortiter expugnantibus, in furorem maximum concitatus iudex, rapido cursu eos carceri mancipandos insinuat, & intolerabili vinculorum onere aggruari iubet. Illi autem ut adierunt ergastulum carceris, coeperunt orationi cum gaudio insistere, laudes hymnosque virtute, qua poterant, Deo exoluere: quo fauente, credebant se maiora persecutionis argumenta superaturos. Hinc de palma securi manentes, & Christum, cui fideliter seruièrant, cernere ocybis anhelantes, dilatam vsque in quintum diem mortem, seram putabant. Vnde nè viderentur spe sua frustrari, ostensum est vni eorum, quam haberent sortem in caelis repositam. Visa est nanque mirae magnitudinis scala, cuius altitudo videbatur caelum attingere, dictumque est obstupenti ad illam, quia ipsa esset via, qua iure haberent omnes simul tendere ad Christum. Reuelata sunt etiam eorum nonnullis, ut erant in carcere positi, & alia mira, quae ego propter compendium melius censui non scribenda. Itaque cum debuissent produci die adueniente, ut in foro prosternerentur, coepit beata Natalia solitò sanctum Aurelium sanctis armare alloquijs. Sicut enim quondam illa beati Adriani, ita & ista merito & nomine non dissimilis, suum non cessabat virum virtute, qua poterat, instruere ac confortare.

Sancti mar-
tyres presen-
tantur iudi-
ci.

1. Cor. 2.

Cap. 17.
Martyres
traduntur
in carcerè.

Viso.

Ista Nata-
lia nõ dissi-
milis illi quae
fuit S. Adria-
ni vxor.

Cap. 18.

Post haec iussum est ex praeepto iudicis duci eos in palatium, atque sisti in conspectu consulum. Qui coeperunt eis primò minas & terrores incurere: deinde opes atque fauces dignitatum polliceri, quibus, si eorum cederent consilijs, fruerentur. Ijs verò inconcussè durantibus in sua confessione, lictoribus eos assignant perimendos.

San.

Sanctum verò Georgium decernunt solummodò abire, pro eo, quòd ipsi optimates & priores palatij nil conuiciorum audissent eum proferentem aduersus vatem suum. Illos enim solos censent Saraceni interimendos, qui relicta eorum secta, vertunt se ad Christianam fidem, vel qui blasphemias iactant aduersus legislatorem suum. Sed ille egregius testis protinus vt se cõperit derelinqui, nec sub vno cum socijs ictu mucronis perimendum adiudicari: Num, ait, ò Principes, de professione mea, quam coram vobis nondùm protuli, dubitatis? Aut putatis me de magistro vestro discipuloq; satana quicquam boni cogitare? Ego enim, vt veriùs agnoscat, illum, qui eidem præceptori vestro, transfigurans se in Angelum lucis, apparuit, dæmonem fuisse credo, & hunc perfidum cunctis abieciorem hominibus sentio, vtpotè diabolo credentem, & Antichristi ministrum, ac vitiorum omnium labyrinthum. Qui non solum se in voraginem barathri immerit, verum etiam & vos pedissequos suos, per inania statuta æternis dedicauit incendijs. Tunc insania proceres cõcitati, pari eum simul cum ceteris sententia necari præcipiunt. Cùm autem ducerentur, rursus bellatrix Dei Natalia cõcepit virum suum monere & alloqui his verbis: Aequo esto animo, domine meus, & sustine paululum, sciens te mox palma martyrij potiturum, & coronam incorruptibilis vitæ adepturum. Non enim timendum est mori pro Christo, qui suis reuerà prædixit, Qui perdiderit animam suam propter ipsum, eum in vitam æternam custodire illam.

Egregia libertas S. Georgij monachi.

Iohã. 12.

Hæc verò audientes liçtores, commoti sunt ira, & cõperunt alter alteri dicere: Ista meretrix & impostrix suavit viro suo nostra deserere instituta, & adhuc nõ timet eum nobis præsentibus animare, nè dubitet hanc vitã propter Crucifixũ amittere. Atque itã humili eam prosternentes, auulserunt capillos capitis eius, pugnis & calcibus immaniter eam cedentes, doncẽ eò peruenirent, vbi debebat eum socijs trucidari. Tum verò primùm beatum Felicem, deinde S. Georgium, post venerabilem Liliõsam, atq; ad extremum egregios agonistas Aurelium & Nataliam gladio interemerunt. Quorum corpora Christiani noctũ furãtes, ac præ nimia infestatione malignorum, diuersa in loca ferentes, ea cum timore & reuerentia in ecclesijs sepelièrunt. Beatos verò Georgium & Aurelium condiderunt separatim apud cœnobium, quod dicitur Penamellensis, in oratorio Domini nostri Saluatoris. Prædixerat quippè idem martyr Christi Aurelius, quòd in eum locum esset deportandus post mortem, atque ibi tumulandus. Nam veniens eò causa orationis, tribus ferè diebus antè, quàm comprehendetur, vna ex ijs Deo sacratis foeminis, quæ ibidem erant inclusæ, dixit ad eum: Domine Aureli, ecce habes nunc ad martyrium pergere. Quid ergò mihi dabis? Et ille: Non habeo, inquit, quod possim modò donare tibi: dabo tamen postea memet ipsum, annuente Domino. Factumque est, vt seculo mortuus, quod promiserat, iam viuens cum Christo, adimpleret: Præstante ipso, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

Cap. 19.

S. Natalia atrociter caditur.

Martyres capite plectuntur.

Honorificè à Christianis sepeliuntur.

VITA S. CAESARII EPISCOPI ARELATENSIS, A CYPRIANO QUODAM EIVS DISCIPVLO CONSCRIP- TA, QUI SE TESTATUR PLERAQUE IPSIUS CAESARII RELATIONE, MULTA VISU, NONNUL- LA AB EIVS PRESBYTERIS & DIACONIS DIDICISSE. STYLUM PASTUM NONNIBIL EXPOLIUIT F. LAUR. SURIUS, CAPITUM NUMERO AD MARGINEM ADIECTO.

PRAEFATIO AVTHORIS AD CAESARIAM Abbatissam & sororem S. Caesarij.

Quia reuerenda nobis virgo Caesaria, cum choro sodalium monacharum tibi commissio, petis à nobis, vt vitam & conuersationem beatæ memoriæ S. Caesarij institutoris vestri, ab exordio repetentes, literis comprehendamus: per quam illius vita præmio fruitur, cuius beatitudo sermonè mortalium non potest explicari. Etsi autem iam olim, ipso adhuc in terris degente, toto orbe eius vita honorificè fuit diuulgata, nefas tamen esse credimus tam sancto desiderio non parère: præsertim eum id monasterio vestro, vel eius potius, illum absentem quodammodo possit repræsentare: nosque dum de illo loquimur, eum nos

Kkkk 4

mur, eum nos

*MS. codex
habet, rati-
one, sed mē-
dosē, opi-
nor.

mur, cum non propemodum videre gratulemur. Deo igitur nos iuuante, aggredimur implere, quod postulastis: & multa quidem ipsius domini Cæsarii nobis relatione comperta, multa à nobis ipsius visa, nonnulla etiam venerabilium presbyterorum & diaconorum, eius discipulorum sermone didicimus, præcipue verò Messiani presbyteri & Stephani diaconi, virorum fidelissimorum, qui ab adolescentia illi seruiuerunt. Commemorabimus autem ea duntaxat, quæ minus onerent, & sint à prolixitate aliena. Sed vnum hoc in præsentis opusculi deuotione à lectoribus petimus, vt si casu aliquo simplicitas eloquij nostri ad eruditorum aures & censuram adducatur, nõ arguant, quòd stylus noster videtur pompam verborum & artis Grammaticæ leges negligere. Nobis enim, actus & verba & merita tanti viri, bona fide narrantis, lux sufficit operum eius & ornamenta virtutum. Nanque etiam ipse dominus Cæsarius, quæ habemus in manibus, dicere solebat, plerisque rusticitatem sermonis vitare, sed à vitæ & morum vitij non abhorre. Meretur verò hoc etiam virginum Christi puræ sinceritas, vt nihil fucatum, nihil mundana arte compositum, vel oculis eorum offeratur, vel auribus: sed de fonte simplicis veritatis manantia purissimæ relationis verba suscipiant. Atque eam ob rem noster hic sermo integritatis religione contentus, mundanam fastidit pompam, respuitque cum eius operibus pariter mundanæ gloriæ iactantiam, mælens ad piscatorum se accommodare eloquia, quàm rhetorum. Itaque det quisque operam, vt viuendo imitari velit, quod legendo cupit cognoscere.

Plerique
sermonis
rusticitatē
vitant, sed
non vitæ &
morū vitia.

VITAE HISTORIA.

27. Augusti.
Cap. 1.

for. egregia

S. Cæsarius
puer dat ve-
stes suas pau-
peribus.



Fugit par-
tes, & con-
dedit muta-
to habitu.

Matth. 19.

Cap. 2.
Fit mona-
chus Liri-
nensis.

Catalogus
virtutū eius
adhuc noui-
tij.

Fit Cellari-
us.

ANCTVS ac beatissimus Cæsarius, Arelatensis Episcopus, territorij Cabilonensis fertur fuisse indigena. Cuius parentes æqua profapia, quod est illustre & præcipuum nobilitatis exemplum, præ cunctis ciuibus suis fide & moribus floruerunt. Cumque is sanctus puer septimum, aut eo amplius, ætatis ageret annum, ex vestibus, quas apud se habebat, incūctanter pauperibus impertiebatur. Sæpè autem seminudus domum reuertens, à parentibus seuerè examinabatur, quid suis fecisset vestibus. Quibus ille hoc solum respondebat, à prætereuntibus ipsi fuisse ablatas. Igitur sicut arbuscula quædam nobili stirpe fructificare citius solent, quàm crescere, in quibus utique quanto est aras minor, tanto vbertas gratior: ita in illo sancto viro inter ipsa infantia rudimenta, lætum vernantis spei germen adeo erupit, vt priusquam vnius anni præteriret spatium, ignorante familia & parentibus, citius cupiens regni cælestis effici, se illius temporis Pontificis sancti Syluestri vestigijs, præmissa supplicatione prosterneret, petens vt ablatis sibi capillis, mutatoque habitu, diuino ipsum antistes seruitio manciparet, nec pateretur vltra se à parentibus ad prædium, affectusque pristinos reuocari. Agente ergò Pontifice gratias Christo, nulla iniecta est votis optimis mora: cumque ibi biennio aut eo amplius sub hac inchoatione seruisset, diuinæ gratiæ instinctu permotus, deliberat arctius sese expeditiusque, cõuenienter sancto Euan-gelio, diuino tradere cultui, & regni cælestis amore, non solum parentibus, sed etiam patriæ se extraneum exhibere.

Arrepta itaque salubriter fugiendi de seculi compedibus libertate, Lirinense monasterium tyro sanctus expetijt. Cumque iter cum vno tantum famulo socio ageret, & coram inquisitoribus, ab eius matre missis, flumen transfret, visus ab eis non est. Diabolus verò in quendam miserum ingressus, & eius iter insequens, sine cessatione à tergo illius clamabat: Cæsari, non vadas. Quem ille, porrecto ei bibenti poculo benedicto, statim curauit. Quod à memorato eius comite referente compertum, eamque constitit, illum primam fecisse virtutem, siue miraculum. Suscepit igitur à S. Porchario Abbate & à cunctis senioribus, coepit esse promptus in vigilijs, in obseruatione sollicitus, in obediētia festinus, in labore deuotus, in humilitate præcipuus, in mansuetudine singularis: ita vt quem instituendum susceperant in disciplina regularis institijs, perfectum se inuenisse gauderent in totius institutionis augmentis. Itaque post breue tempus in congregationis Cellarium eligitur. Coepit igitur attentè & studiosè illis velle largiri, quibus esset necessarium, etiamsi abstinentiæ amoris nihil peterent: quibus verò cognouerat nec essarium non esse, nihil dabat, quantum velle acciperet.

accipere. Vnde factum est, vt quibus inuisa erat sancta discretio & moderatio, Abbatum supplicarent, vt eum à Cellarij functione remoueret. quod etiam factum est. Mox ea cura liberatus, vsque ad se optata legendi, orandi, vigilandi assiduitate mace-
Immodica abstinentia penè conficit sese.

Atque hæc in ipsis monasticæ vitæ exordijs meritorum eius bona fulsere, quæ de-
Cap. 3.
 incæps per omnem vitam multiplicibus sunt aucta virtutibus. Corporis enim detriuit robor, vt virtutem spiritûs, spei & fidei soliditate firmaret, & vt ait Apostolus, de seipso sibi triumphans, coronam adipisci mereretur: interiorique homini exteriorem subdens, præstantis animi imperijs rebellia corporis incitamenta domaret. Sed interim tamen stomacho fatiscente, in quartanam febrem incidit: cumque sanctus Abbas eius incommoda valetudine admodum doleret, & inter magistrum & discipulum quædam esset morbi partitio, illo animo, hoc verò corpore laborante: cerneret autem sanctus pater in cœnobio nullum ei posse remediû adhiberi: vbi etiam si medicus adesset, tamen feruens adolescentis ad spiritalia exercitia consuetudo, nihil sibi pareretur de abstinentiæ frenis & vigiliarum rigore laxari, iubet eum, immò etiam compellit Arelatem se transferre valetudinis curandæ causa. Erat tum in ea vrbe Firminus vir illustris & timens Deum, eiusque propinqua Gregoria clarissima materfamiliâs: quorum studio, cura & benignitate erga Clerum & monachos, erga ciues & pauperes, vrbs illa illustrior reddebatur. Vterque enim proprias opes non in mundi huius luxum conferebat, sed in paradysum pauperum manibus trans mittebat. Illi verò sanctum Cæsarium misericordiâ studio ad se receperunt. Erat autem illis admodum familiaris Pomerius quidam, professione rhetor, Afer genere, quem ipsis singulariter charum Grammaticæ artis doctrina reddebat. Conciipiunt igitur animo generosi homines, vt B. Cæsarius, tanta Dei gratia refertus, & tam insigni memoria ex Christi beneficio instructus, ei instituendus tradatur, vt secularis scientiæ disciplinis monastica eius simplicitas ornaretur. Sed eruditionis humanæ signata non recepit, quem per se instituendum diuina sibi gratia seruauerat. Itaque codicem, quem ei magister ille legendum obrulerat, casu vigilijs delapsus, in lectulo sub scapula reponit: cumque ita obdormisset, mox diuinitus terribili visione percellitur: videt scapulam & brachium, quo innitebatur codici, dracone colligante, arrodi. Mox expergefactus, & ipso visu territus, terribilius sese pro suo facto obiurgat, quòd lumen salutaris regulæ, stultæ mundi huius sapientiæ voluerit copulare. Ocyus igitur illa contemnit, sciens non deesse perfectæ locutionis ornatum, in quibus spiritalis intelligentia emineret.

Post aliquot autem dies illi homines illustres, quos diximus, S. Eonio ciuitatis eius Episcopo indicârunt, esse quendam apud ipsos venerabilem monachum, & omnilaudæ dignissimum, cuius ipse personam familiari & priuato colloquio deberet cognoscere. Iubet igitur eum ad se perducere, ex oblato sibi accuratè sciscitatur, cuius loci ciuis, & quibus sit parentibus procreatus. Illo & patriam & parentes indicante, sancta alacritate illi gratulans sanctus Episcopus ait: Meus ciuis es, fili, pariter & propinquus. Nanque & parentes tuos ego optimè noui, & propter sanguinis coniunctionem paterno affectu complector. Coepit ergò iuuenem, non iam vt peregrinum vel extraneum, sed attentiori obtutu intimis cordis oculis contemplari: moxque ab Abbate Porchario illum expetiit, & licet ab inuito, etiam impetrauit. Illic primùm Diaconus, deinde presbyter ordinatur, nec vnquam tamen canonicam monachi modulationem, nunquam Lirinensium fratrum instituta relinquit. Ordine & officio Clericus, humilitate, charitate, obedientia, cruce monachus permanet. In ecclesiam marutinis alijsque conuentibus primus ingreditur, vltimus inde discedit. Non oculi, non aures eius animùm à cælestium bonorû contemplatione auocant, ita vt in eius vultu nescio quid cæleste semper elucere videretur.

Defuncto autem in suburbana ciuitatis insula Abbate, ab Episcopo Eonio eò Cæsarius mittitur, vt monasterium rectore destitutum, ipse in eadem reuerentiæ auctoritate succedens, monastica disciplina informaret. Itaque in suburbano monasterio libens eam cõplectitur vitæ rationem, quam etiam intrâ vrbe quotidianis semper studijs coluisset, & perpetuis optasset votis. Ipsum verò monasteriû ita quotidiana instantia & diuinis informauit officijs, vt hodieque, Deo propitio, illic videre licet. Cum aut in ea
infula

Immodica abstinentia penè conficit sese.

Cap. 3.

1. Cor. 9.

Laborat febre quattuor diebus.

Firminus & Gregoria Arelatenses, mirè benigni in pauperes &c.

Viso S. Cæsarij.

Cap. 4.
Eonius Episcopus Arelatensis.

S. Cæsarius ordinatur diaconus & presbyter.

Cap. 5.
Fit Abbas.

Beatus Eo-
nius petit
sibi substitui
S. Cæsari-
um in Epi-
scopatu.

insula ultra triennium Abbatis officio fungeretur, S. Eonius Episcopus Clerum & ci-
ues aliquot alloquitur, ipsosque rerum dominos per internuncios appellat, ut post-
eaquam ipse Domino volente decesserit, nullum alium, quam Cæsarium, sibi substitu-
ant, ut Ecclesiasticum vigorem, quem querebatur, se aduersa impedimento valetudine,
in multis esse laxatum, per Christi seruum Cæsarium in suum locum & statum frater-
nitas reuocatum gratuletur, sitque successoris labor, aliquod decessoris emolumentum,
& tali post se relicto Episcopo, in sanctissimi viri electione aeternæ hereditatis per-
cipiat incrementum, nec desit etiam post obitum electionis socius voto suo, qui esset
eius suo decreto author. Itaque his omnibus diuina providentia fideliter constitutis,
securus de successore, beatus Eonius migravit ad Dominum.

Cap. 6.
Vide hono-
ris contem-
prum.

Fit Episcop⁹
Arelatenfis.

Act. 6.

Vacat Deo
& sacris ad
populum
concionib⁹

Cùm autem peruenisset ad notitiam patris nostri, de quo agimus, quòd esset or-
dinandus Episcopus, intrà quædam sepulcra sese abscondit. Sed latere non potuit,
quem detexit non culpa, sed gratia. Trahitur igitur è quodam sepulcro viuus, quem
non mortuum, sed celatum, vitæ claritas ostendebat: cogitur Episcopatus sarcinam
suscipere. Et ille quidem, ceu mansuetum Christi iumentum, impositum sibi onus mo-
desto fert temperamento: porò de cunctorum profectibus sollicitus & prouidus
pastor, mox instituit, ut quotidie Tertiæ, Sextæ, & Nonæ officium in S. Stephani basi-
lica, Clerici cum hymnis persoluerent, ut si quis fortè secularium vel pœnitentium,
sanctum opus exercere cuperet, absque excusatione aliqua quotidianum posset offi-
cio interesse. Ipse verò, reiecta omni cura & solitudine terrestri, instar Apostolo-
rum, culturæ solertiam dispensationi Diaconorum & eorum, quibus ea demanda-
ta esset, cum diuini nominis obstestatione commissam voluit, seque totum verbo Dei,
& lectioni atque sacris concionibus addixit. Reuerà spiritalis medicus, qui ut vitiorum
morbos curaret, quicquid oculis videre potuisset, pro audientium ædificatione, qua-
dam à simili adhibita consolatione, proponere nouerat. Ita sacrorum voluminum
feriem citabat, ut cùm semper noua congereret, nihil omitteret de antiquis: similis
templo Dei, quod & nouos quotidie hospites excipit, & fouet veteres: atque ita sem-
per aduentantium augetur accessu, ut nunquam superiorum recessu minuatur. Ad eò,
inquam, quantumuis multa, si res posceret, è diuinis voluminibus exempla & senten-
tias adferebat, ut non tam è memoriæ thesauris olim lecta depromere, quam ex libro
proposito ea recitare videretur, ut posset de illo quoquè dici, quod in Euangelio Do-
minus ait de homine, proferente de thesauro suo noua & vetera.

Matth. 13.

Cap. 7.

Prudētia &
moderatio
eius in ex-
hortando.

Aduentantes ad ipsum Episcopos, presbyteros, quoscumque diuini Ordinis mini-
stros, ciues & extraneos, post salutationem & preces, paulisper de communi vel pri-
uata suorum salute & statu interrogare solebat: mox armis spiritalibus correptis, dis-
ferebat de vmbri & vanitate presentium, deque vitæ cælestis sempiterna beatitudi-
ne: atque alios blandis inuitabat sermonibus, alios acrioribus perterrebat. Hos mi-
nis & seueritate, illos comitate corripiebat, & à vitijs reuocabat. Alios generali quadam
adhortatione prouocās, alios asperius nec sine diuini nominis obstestatione castigās,
& ut salutaribus sese consilijs accommodarent, cum lachrymis supplicia minabatur,
prout singulorum aut virtutes, aut vitia poscere viderentur. Denique in suis concio-
nibus ea moderatione utebatur, ut & bonos inuitaret ad gloriam, & malos à pœnis
gehennæ retraheret: atque instar periti medici diuersis vulneribus diuersas admoue-
bat curationes, nō tam ea proferens, quæ singulos delectarent, quam quæ remedium
adferrent: nec tam attendens, quid vellent morbidi, quam quid eorū salus reposcere
videretur. Ipsos quoque sanctos Episcopos & ceteros ecclesiarum præfectos grauitet
& acriter admonere, ut plebi commissæ spiritalem alimoniam indefinenter suppedita-
rent, ita dicens ad singulos: Obtines, frater, in Christi nomine primi ordinis in spi-
ritali militia locum. Considera ea, quæ pastorem decet, solertia diuinitus accepta ta-
lenta, & da operam, ut foeneratori ea duplicata restituas. Audi prophetam: Væ mihi,
quia tacui. Audi Apostolum, non sine metu dicentem: Væ mihi erit, si non euange-
lizauero. Vide, nè, dum tu occupas cathedram, alius excludatur, qui te magis fit ido-
neus: dicaturque illud ex Euangelio etiam de te: Tulerunt clauem scientiæ, & nec
ipsi intrāt, nec alios sinūt intrare, qui fortassis maiori cum fructu cathedrā tenuissent.

Esa. 6.
1. Cor. 9.

Luc. 11.

Cap. 8.

Habuit hoc peculiare vir sanctus, Deo id in illo agente, ut dum suas quibusq; ad-
monitiones proponeret, singulis ipsorum vitam omnem ob oculos statueret: ut qui
eum audirent, non solum cordium scrutatorem, sed etiam suæ quodammodo con-
scientiæ testem confiterentur. Sicut autē erat erga sese seuerissimus, ita etiā circa alios
corigen-

corrigen-
dos rigidus
videbatur.
Voluit verò,
atque etiam
compulit
laicos & popu-
larem homines
psalmos & hymnos
promere, altaque
& modulata voce
instar Cleri-
corum alios Græcè,
alios Latinè
profas & antiphonas
decantare, nè
illis spatium
superpeteret
ad fabulas in
ecclesia effu-
tendas. Con-
ciones pijs-
simas, & ad
animos com-
pungendos
aptissimas,
tempori & festis
diebus congru-
entes introduxit
& instituit.
Aegrotis verò
mirè cõsuluit,
amplissimis
eis assignatis
ædibus, in
quibus sine
villo stre-
pitu diuina
officia, quæ
in basilica
peragebantur,
auscultare
possent. Lectos
quoque
& lecticas,
sumptus &
homines, qui
seruire & mederi
eis possent,
illis cõparauit.
Locus & copiam,
si quid vellent,
suggerendi
captiuis &
pauperibus
nõ negauit:
immò verò
ministro suo
semper dicere
solebat: Vide,
num qui
pauperes sint
præ foribus,
nè pro nostra
fortassis
quiete, tre-
pida & vere-
cunda pau-
peritas, non
sine culpa
nostra ex-
pectans,
iniuria affi-
ciatur. tra-
hensque
prolixa ab
imo pectore
suspiria,
dicebat: Re-
uera Christus
factus est
mendicus,
& garrulus,
& surdus:
& tamen
rogat omnes,
hortatur,
admonet,
contestatur.
Addebat etiam:
Nostris
proculdubio
cumulandis
profec-
tibus in hoc
seculo pau-
peres donati
sunt, vt ijs
Christo fidei-
uossore
commendemus
in terris,
quæ postea
nobis restitu-
antur in
cælis.

Accidit autem,
vt sancti viri
tranquillum
animum post
aliquot dies
liuida satana
malignitas
infectaret:
& cui non
solebat vlla
corporis ob-
ijcere vitia,
ei foedam
proditionis
notam inurere
conaretur.
Nam Licumannus
beati viri
notarius,
homo nequam
& perditus,
nõ dubitauit
talem se
gerere erga
virum Apo-
stolicum,
qualem olim
Iudas
aduersus
Saluatorem.
Armatum
improbus
ille sæua
delationis
veneno:
suggerit
Alarico
Regi per eos,
qui illi erant
à secretis,
beatissimum
Cæsarium,
è Gallijs
genus du-
centem,
totis in id
viribus
incumbere,
vt ditionem
& urbem
Arelatensem
Burgundi-
onibus
prodat: cum
ille pastor
præstantissimus,
flexis genibus
pacem
gentium,
urbium
tranquillitatem
diebus ac
noctibus à
Domino
precaretur.
Qua re
magis etiam
credendum
est,
diabolo
instigante,
in sancti
viri exilium
barbaram
ferocitatem
incitatum
esse.
Non enim
gratus
aut charus
est hosti,
qui id orat,
quod cum
eius factis
& conatibus
pugnet.
Itaque
ijs, qui tum
aderant,
instigantibus,
nec innocentiam
fides
atteditur,
nec
accusationis
veritas
inquiritur:
sed vana
& iniqua
delatione
damnatus,
ab Arelate
extractus,
cogitur
apud Burde-
galenses
exulare.
Sed nè
obscura
esset in illo
gratia
Dei,
casu
accidit,
vt nocte
quadam
ea ciuitas
voracibus
vastaretur
flammis.
Tum verò
ciues
oculis
accurrunt
ad hominem
Dei: Sancte
Cæsari,
clamitant,
precibus
tuis
extinguas
ignem
sæuientem.
Audiens
id vir
Dei,
dolore
pariter
& pietate
commotus,
uenti
flamma
procedit
obuiam,
humiliter
ad preces
prostrernitur,
mox igneos
premit
abigitque
globos:
concurrunt
eò omnes,
& diuinam
virtutis
consonis
vocibus
laudes
celebrantur.
Deinceps
verò in tanta
apud omnes
admiratione
fuit,
vt in ea
vrbe non
solum
vt Pontifex,
verum etiam
instar
Apostoli
haberetur,
& per-
secutionis
author
diabolus
pudesceret,
cernens
eum,
quem
proditionis
reum
peragere
nisi esset,
diuini
operis
miraculis
clarere.
Id verò
ita
gestum
esse,
vt diximus,
fidei
relatione
comperimus.

Cum autem
illuc
degeret,
vbi semper
& vbi-
que
consueuerat,
Ecclesiam
docuit
red-
dere
Cæsari,
quæ sunt
Cæsaris,
& quæ
sunt
Dei,
Deo:
Obedire,
iuxta
Apostolum,
Regi-
bus
& potestati-
bus,
quandò
iusta
præcipiunt:
sed in
Arriano
principe
contem-
nere
dogmatis
prauitatem.
Atque
ita,
quemad-
modum
testatur
Veritas,
non
potuit
lucerna
abscondi
supra
candelabrum
Domini
posita:
sed
quocumque
accessit,
omnes
illuminauit.
Postea
verò,
quàm
beati
viri
innocentiam
comperit
nefarius
princeps,
orauit,
vt
ad
suam
reuerteretur
sedem,
sequeretur
& ciuibus
& Clero
exhiberet:
porrò
delatorem
eius
iussit
lapidibus
opprimi.
Populo
igitur
ad lapides
concurrente,
subitò
ad
aures
viri
Dei
iussio
Regis
perfertur.
Properat
ilicò,
& sua
intercessione
maluit
accusato-
rem
suum
seruare
agendam
pœnitentiam,
quàm
iusta
animadu-
ersione
puniri:
vt
animam
eius
per
pœnitentiam
curaret,
quam
ipse
iniqua
delatione
diabolo
captiuam
reddiderat,
& hosti
domestico
clementer
ignoscens,
antiquum
aduersarium
in
vna
re
conscientia
pura
bis
vinceret.

Solebat verò
sanctus
vir id
accuratè
obseruare,
vt nemo
ex illis,
qui ipsi
parebant,
sue
serui
illi
essent,
sue
ingenui,
si pro
culpa
sua
flagellandi
essent,
amplius
trigintano-
uem
ictibus
ferirentur.
Si quis
verò
in
gravi
culpa
deprehensus
esset,
permittit
quidem,
vt post
dies
paucos
iterum
vapularer,
sed paucis:
cõtestabatur
que
ecclesiam
præ-
fectos,
si quis
inberet
quempiam
diutius
flagellari,
& ea
verbera
illi
mortem
afferreret,
vt is
homicidij
reum
se
sciret.
Vbi
autem
percrebuit
apud
Arelatenses
hominem
Dei
teuer-
ti,

Non sunt in
ecclesia ef-
futuendæ fa-
bulæ.

Aegrotorū
saluti vt cõ-
sulerit.

Humanitas
erga pau-
peres.

Nora quid
nobis con-
serant pau-
peres.
Cap. 9.

Proditionis
accusatur
apud Regē.

Mittitur in
exilium.

Suis prece-
bus in-
cendium
com-
pescit.

Cap. 10.
Matth. 22.
Rom. 13.

Matth. 5.

Delatorem
suum seruat
à morte.

Cap. 11.

- Reuertitur ab exilio, & honorifice excipitur. reuerti, iamque eum vrbi appropinquare, omnes vtriusque sexus cum Crucibus & cereis ei processere obuiam, psallentes, & ingressum eius opperientes. Cum solear autem Christus seruos suos illustrare virtutibus, & perfidos aperta mirabilium operum luce confundere, ad aduentum sancti viri Dominus terram, longissima siccitate arentem, largissimo perfudit imbre, vt cum reuertente gratissimo dispensatore, fructuum quoque vberitas sequeretur.
- Cap. 12. Cum die quodam esset ad altare, animaduertit quosdam lecto Euangelio ex ecclesia egredi, quod sancti viri conciones auscultare iniriò detrectarent. Mox igitur aduolat, appellat his vocibus populum: Quid facitis filij? quid ira foras absceditis? mala persuasione subuersi? Srate pro animabus vestris ad accipienda verba adhortationis nostræ, eaque auscultate solliciti. Non licebit id vobis in illo tremendi iudicij die. Moneo & clamo atque contestor. Nè sitis, obsecro, vel furdi, vel profugi. Auditis oris mei buccinam, perinde acsi animas vestras suo mucrone satan iugularit. Non ego taciturnitatis arguar. Hac de causa sapissimè ostia lectis Euangelij occludi iussit, donèc propitio Deo, ipsi gratularentur ea coërcione se profecisse, qui solebant esse fugitiui.
- Cap. 13. Constituit autem homo Dei, Domino id illi inspirante, vt non solum magna Clericorum frequentia, sed etiam virginum choris, Arelatensis ornaretur ecclesia, & ciuitas muniretur: vt sic plenam segetem, non deses & infructuosus agricola, in caelestibus horreis viuens conderet, & defunctus sui exempli imitatione doceret etiam alios id facere. Sed hac in re conatus eius nonnihil retardauit inuidus serpens & hostis antiquus. Francis enim & Burgundionibus urbem obsidentibus, Alarico Rege à fortissimo Clodoueo rege in conflictu perempto, Theodoricus Italiae Rex, missis ducibus suis, in eam prouinciam ingressus erat. In hac ergo obsidione, monasteriū, quod forori eius & cæteris virginibus construebatur, magna ex parte destructum est, tabulis & coenaculis barbarorum ferocitate direptis & euersis. Cum autem vir Dei laborem, quem ipse accelerari iussisset, suaque manu & sudore promouisset, subtrui videret, gemino quodam dolore correptus est. Tum enim Clericus quidam, cuius & cognatus eius, se captum iri metuens, iuuenili leuitate permotus, malo demone beati viri odio eum incitante, funiculo sese noctū à muro submisit, & proxima luce vtrò se dedit hostibus, urbem obsidione prementibus. Quod vbi Gothi, qui erant intrā oppidum, compererunt, incurunt in sanctum virum: populus & inprimis Iudæi impotenter insultant, motaque seditione, vociferantur antistitem vrbis prodendæ causæ conciuem suum ad hostes noctū àblegasse. Nullus hic fidei, nullus probationi, nullus denique puræ conscientiaë relinquitur locus, Iudæis praesertim & haereticis procaciter & sine intermissione clamantibus. Itaque ex ecclesiae domo extrahitur antistes, atque in palatio arctissimæ custodiæ traditur, vt noctū in Rhodanum demergatur, aut certè in castro Vgernenſi detineatur, donèc exilio multatus, prolixiores det pœnas. Domus itaque ecclesiae & cubiculum antistitis ab Arrianorū turbis occupatur: sed ecce dum Gotthus quidam, cæteris contradicentibus, in eius lectulo recumbit, diuinitus percutitur, & altera die excedit è viujs, ne quisquam deinceps serui Dei locum polluta conscientia violare auderet.
- Cap. 14. Sed cum ex vtraque ripa drumonem, qui hostium obsidione iniectus fuerat, Gothi Dei nutu erigere non valerent, nocte sanctum virum in palatium reuocarunt, sed vsque ad eum eius celantes personam, vt vtrum adhuc esset in viujs, nullus catholicorum scire possèt. Dum ergo diabolo exultante & Iudæis plaudentibus hæc geruntur, Iudæis etiam in nostros vbi que, nulla cuiusquam habitacione, perfidia probra iactantibus, nocte quadam vnus ex illis ex eo loco, quem ad agendas in muro excubias forte acceperat, ligatam saxo epistolam, tanquam in hostes illud vibrans, in castra illorū conijcere conatus est. In qua nomen suum religionemque exprimens, hortabatur, vt noctū eo loco, quo ipsi excubarent, scilas admouerent, urbem ingressuri ea conditione, vt pro tanto beneficio id redderent Iudæis, nè quisquam eorum aut caperetur, aut rerum suarum iacturam faceret. Manè verò digressis nonnihil à muro hostibus, quidam è propugnaculo egressi, epistolam illam conspiciunt, tollunt, secum intrā urbem absportant, cunctisque in foro publicitus ostendunt. Mox author epistolæ producit, conuictusque punitur: scæua Iudæorum immanitas, Deo & hominibus inuisa, tandem euidentissimè confunditur. Daniel noster, id est, sanctus Casarius, è lacu leonum educitur, satraparum accusatio publicatur, completur in gorum auctore
- Clodoueus occidit Alaricum regem.
- S Casarius traditur in custodiam.
- Reuocatur in suum palatium.
- Iudæi, dum insultant Christianis, pudeſcunt.

thore illud propheticum: Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit. Porro Arelaten Gotthis cum innumera captiuorum turba reuertentibus, repletur sacre basilice, repletur Ecclesie domus infidelium multitudine, & cum multa inopia laborarent, quae ad victum vestitumque pertinerent, affatim eis praebebat vir beatus, donec omnes ab ipso essent redempti eo argento, quod venerabilis Eonius antecessor eius ecclesiae mensae reliquerat, obseruans illud, quod Dominus in paropside intinxit panem, non in vase argenteo, discipulisque praecepit, ne possiderent aurum vel argentum. Hoc autem sanctum opus ita persecutus est, ut etiam ab illis, quae ad diuini ministerij dispensationem pertinent, non abstinere, thuribus, calicibus, patenis pro eorum redemptione datis, excussisque, a cancellorum columnis, ornamentis argenteis, dicebat enim: Ne homo rationalis, Christi sanguine redemptus, amissa libertate & dura pressus seruitute, aut Arrianus efficiatur, aut iudaus, aut ex ingenio seruus, aut ex seruo liber. Ornauit igitur & defendit, non deformauit Ecclesiam. Patere voluit filijs viscera matris, non praeludi, hoc sapissimè dicens: Velim respondeant mihi plerique domini sacerdotes & reliqui de clero, qui nescio quo superfluitatis amore nolunt dare insensibile argentum & aurum ex Christi donarijs pro mancipijs Christi: velim, inquam, dicant mihi, si quo casu ipsi in eam calamitatem incidere, vel eorum eiusmodi insensibilibus donarijs in libertatem vindicari, aut potius sacrilegij loco haberent, si quis eis ex diuinis munusculis subueniret. Equidem non puto id ingratum esse Deo, de suo ministerio redemptionem parari, qui seipsum pro hominibus redimendis dedit. Sic ille: Nos verò videmus quosdam laudare in sancto viro, quod ita fecerit, nec tamen villo pacto velle imitari. An non in vitro habetur sanguis Christi? An non à ligno suspensum fuit eius sacratissimum corpus nostrae salutis causa? Nos quidem credimus & confidimus in Domino, misericordia, fide & precibus B. Caesarij id effectum esse, ut ipsius temporibus ita obsessa sit ab hostibus ciuitas Arelatenfis, ut tamen nec capi potuerit, nec praedae patere. Atque sic deinde à Visigotthis in Ostrogotthorum ditionem peruenit: hodieque in Christi nomine patet clarissimo Regi Childeberto: ut possit de ea quoque dici: Transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum, & non permisit Deus sub illo hominem nocere Arelatenfisibus suis.

Inter haec autem praecipuum illud monasterium, quod forori suae condere coepit, instar prioris instaurauit: & quasi alter quidam nostri temporis Noë, propter tempestates & procellas, in latere ecclesiae foeminarum extruxit coenobium, tanquam arcam, euocataque, è Massiliensi coenobio venerabili sorore sua Casaria, (quae idcirco eò miserat, ut disceret quod doceret, & prius esset discipula, quam magistra) in preparata domicilia cum duabus aut tribus sodalibus, eam introduxit. Confluxerunt autem ad illam multae virginum cateruae, rebus suis & facultatibus atque ipsis etiam dulcissimis partibus renunciantes, & rerum labentium flores tum fallaces, tum caducos respicientes. Caesarij patris & Caesariae matris expetebant gremium, ut cum eis, accensis lampadibus ad caelestis regni expectarent ianuam, & in eam ingressae, Christi perpetuis mererentur amplexibus inhærere. Erant autem in illo loco adeò inclusae, ut vsque ad supremum vitae diem nulli earum fas esset extra monasterij ostium progredi.

Sed hoc quoque nomine in beatum virum inuidiae facibus inflammatus satana, denuò in eum accusatione conficta id effecit, ut Rauennam vsque, sub custodia pertraheretur, ut impleretur etiam in illo, quod habet scriptura diuina: Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus. Venit ergò in palatium ad Theodoricum Regem, eumque intrepidè salutatur. Cernens Rex eum nihil formidantem & ad spectum venerabilem, reuerenter ei assurgit, eumque depositis capitis ornamentis, elementer refalutat. Deinde placidè sci scitatur ex eo de labore itineris, de Gotthis suis & Arelatenfisibus. Postea egresso sancto Pontifice, Rex ad suos ait: Non parcat illis Deus, qui tanta sanctitatis & innocentiae virum frustra compulerunt tam prolixum iter conficere. Quantus enim ille sit, vel hinc licet animaduerti, quod cum ad salutandum me ingrederetur, totus contremui, vidi que in eo Angelicum vultum, vidi virum Apostolicum, prorsusque nefas puto de tam venerabili viro quicquam durius statuere, aut malè de eo sentire. Deinde beato viro in hospitium ingresso, misit magni precij discum argenteum, librarum plus minus sexaginta, & cum eo solidos trecentos, iussitque illi sic dici: Accipe sancte Episcope: rogatque te filius tuus Rex, ut vasculum istud pro munere tuae beatitudinis dignetur suis vsibus pro ipsius memoria referuare. At vir sanctus, qui pra-

Palm 7.
Ecclesiae
opibus &
sacris vas
multos ca
ptiuos redi
mit S. Ca
sarius.

Eius ut cre
ditur meri
tis cofeua
ta est ciui
tas Arelatè.

Psal. 104.

Cap. 15.
Cōdit mo
nasterium
foeminarū.

Matt. 25.

Cap. 16.

Sap. 3.
Theodoric
Regis erga
eum reue
rentia.

Multos ca-
ptiuos redi-
mit.

Benignitas
eius erga
pauperes.

Cap. 17.
Plurimi eū
facit Theo-
doric⁹ Rex
& eius pro-
ceres.

* Durētiam
* inuentos

Cap. 18.

Sancti in o-
perādis mi-
raculis sen-
tiant sibi
Diuinā ad-
esse virtutē.
Excitat
mortuum
S. Caesarius.

Cap. 19.

Aqua bene-
dicta abigit
dæmonem.

Cap. 20.
Venit ad
Symmachū
Papam.

Vfus pallij
antiquissi-
mus.

ter cochlearia, nihil vnquam argenti ad suā mensā vsūm adhiberi passus erat, tertio indē die per ministros suos discum prius aestimatum iussit publicē vendi, eiusque precio multos redemit captiuos. Illic Regis satellites ad eum referunt, se vidisse regium munus palam prostare, eoq; distracto S. Episcopum multos ē captiuos liberasse. Tam enim ad eius hospitij ingens confluebat pauperum multitudo, vt pra miserorum, suas ei calamitates exponentium, densitate vix ad salutandum eum pateret accessus. Vidimus verō etiam per plateas miserorum immensos greges cursitare, euntium ad virū Dei, atque reuertentium.

Postquam autem rem ab eo gestam comperit Theodoricus Rex, tāta eum laude & admiratione profecutus est, vt in eius palatio seruientes senatores ac proceres, certatim offerrent beato viro munera, quae eius manibus dispensarentur, magno Dei beneficio id sibi praestitum affirmantes, q̄ talem antistitem digni fuissent conspiciere, qui ipsorum temporibus dictis & factis germanum se Apostolorum successorem & verē Apostolicū declararet. Et quia nihil fama velocius est, cum in eiusmodi sanctissimo opere frequens esset vir sanctus, Romae celebris eius extitit opinio: tantoque eius visendi desiderio arsere omnes, Pontifex, Clerus, Senatus, proceres & populus, vt prius eum iam animo complecterentur, quam oculis conspexissent. Interē captiuos omnes vltra * Duriam, maximeque Arausicensēs, qui omnes capti erant, quorum etiam plerosque Arelate liberauerat, in Italia * vinctos, vt potuit, redemit: & vt pleniori gauderent libertate, exhaustos, curauit iumentis & plaustris impositos non sine suorum solatio ad propria reduci.

Erat tum Rauennae vidua quaedam, quae filium habuit praefecto ministrantem, & suis stipendijs ipsius inopiam sustentantem. Is subito correptus morbo, iacebat exanimis. Cumq; nulla spes ab humana cura vel affulgeret arte, mater eius, illo relicto, properat ad virum Dei: coram illo humi prosternitur, manant ab oculis lachrymarū imbres, dat voces lugubres, & sola in ea vigente fide, complexa sancti Episcopi genua, exclamat: Credo diuina benignitate huc te adductum, sancte pater, vt filium reddas matris. Recusat paulisper vir pius: sed tamen durum existimans talibus lachrymis nō moueri, solita miseratione permotus, vult quidem debitum charitatis affectum afflictæ mulieri impendere, sed ita tamen in Dei nomine exercere virtutem, vt prorsus effugiat vanitatem. Itaq; ad eius tuguriū occultè accedit, atq; illic fusa prece, vbi suo more prostratus, diuinam virtutem suę vocationi per spiritum sanctum sensit adesse, abscedit: relictoq; illic Messiano, tunc eius notario, nunc venerabili presbytero, id negotij, vt cum adolescens ad se redierit, quamprimum id ipsi renunciaret. Messiano igitur ad adolescentis lectulum excubante, intra vnius horæ spatium ille à mortis tenebris ad lucem reuocatur, moxq; oculorum explicatis orbibus, matrem ita compellat: Curre mater mea ad seruum Dei, cuius orationibus & tibi & vitę sum redditus: eique gratias age, quod meritis & virtutibus eius Deus effectum largitus est. Abit mater celerrimè, gratias agit non tam verbis, quam lachrymis & vocibus ab animi exultatione expressis: simulq; orat, vt quem Deus ipsius precibus reuocauit ad vitam, in Gallias proficiscens, non sinat à suo discedere famulatu. At vir beatus altiori ingenio respondit, eam illi potius debere gratias agere, cuius virtus & clementia mœstis & calamitosis adesse consuevit. Hoc tam illustre miraculum non modò illam ciuitatem, sed prouinciam omnem, fidelium deuota relatione peruagatum est.

Elpidius Diaconus & medicus, regiē potestati sedulis officijs cum primis familiaris & intimus, diabolica infestatione non solum diuersis vexabatur insidijs, sed saxorum quoq; imbre, crebrò in suis ædibus appetitus est. Orat igitur sanctū Caesariū, vt suis precibus eas mali dæmonis iniurias à se auertat. Venit ad eius domum vir beatus, eamq; sanctificaturus, benedicta aqua conspergit: moxque adeo omnis illa vexatio profligata est, vt deinceps nihil eiusmodi acciderit.

Post hæc Romam veniens, beato Symmacho Pontifici, ac deinde Senatoribus exhibetur. Agunt omnes gratias Deo & Regi, quod licuerit ipsis corporeis oculis illum intueri, quem iam dudum animi obtutibus conspexissent: virumq; Apostolicum nō iam de fama, sed presentia comprobantes, certatim diligere & venerari student. Atq; ipse etiam Pontifex Symmachus, preclara eius meritum dignitate permotus, non solum eum verissimè metropolitani honore præditum voluit, sed etiā speciali quodam priuilegio pallij vsūm ei permisit, & diaconos eius, perindē vt Romanæ Ecclesiæ diaconos, dalmaticis vtī voluit. His ita gestis, sanctus vir Arelatem reuersus, excipitur cum

cum psalmodijs & canticis: & qui in Italiam exulatum ierat, confecta captiuorum redemptione, octo solidorum millia ab Italia secum reportauit. Qua autem die Arelatrem ingressus est, daturus benedictionem, sub vespera in ecclesiam se recepit. Ibi tum foemina quaedam tremore correpta, spumans, eiulans & clamitans, cunctis in ecclesia obstupescens, protipit sese: moxq; apprehensa, ad aram beato antistiti offertur: orant pro ea omnes, vt morbo pulso, reddatur incolumis. Tum suo more sanctus vir pro eius salute deprecaturus, humi se abicit: deinde capiti eius imponit manum, sensus omnes & vultum sacro oleo perungit: fugit morbus: nec aufus est, in Christi nomine abscedere iussus, denuo molestus esse mulieri.

Sanat foemina misericordiam.

Inter alia vel maximè ei studio & cure fuit redemptio captiuorum, cui sane tam preclaram & illustrem nauauit operam, vt nulli id possit oratione explicari. Cum enim quodam tempore deesset sanctis manibus aurum & argentum, rogareturq; stipem à paupere, Quid tibi vis, inquit, faciam miselle? Equidem quod habeo, hoc tibi do. sicq; ingressus in cubiculum suum, casulam, qua in processionibus utebatur, & albam Paschalem inde profert, datq; egeno, iubetq; vt vendat vni ex Clero, & earum precio redimat captiuum suum. Nec illi soli redempti sunt, qui ab illo id expetièrunt: sed ipsemet Cassonam proficiscens, captiuos liberauit: nec raro per loca diuersa Abbates, diaconos & Clericos misit, qui miserose captiuitate extraherent. Tot autem in illo vno diuine gratia virtutes emicue, quot vix permultis Dei seruis conspiciantur: & tamen adeo ille vnam aliquam virtutem excolere semper studuit, acsi illa sola praditus esset: & tã diu præcedens virtus in eo formosissima & gratissima videbatur, donec à sequentibus vinceretur. Quis eius patientiam, quis puritatem, quis charitatẽ, feruorem spiritus, discretionem siue moderationem, benignitatem, zelum sanctum, iugem die ac nocte in lege Domini meditatione enarrabit? Fuit ille egregi⁹ assertor fidei, forma sacerdotũ, ecclesiarum decus, gratia prædicator, iurgiorum pffigitor, charitatis seminariũ, disciplinẽ norma, morum castigator & censor, consilij libramentum, defensor pupillorũ, captiuorum redemptio. Nunq̃ ab ore illius obrectatio, nunquã mendacium, nunq̃ maledictum in quencunq; hominẽ processit: nec modò nemini ipse detraxit, sed nec detractionem patienter tulit. Si quis ex eius familia subito iurasset, aut forsan cuiq; maledixisset: pro ratione personæ non permisit inultum abire. Si ipse fortassis in aliquem commotus esset, hæc eius pro maledicto erat benedictio: Obliteret Deus peccatum tuum: aboleat Deus peccata tua: castiget Dominus culpam tuam: nè in posterũ vltio te maneat, hic Dominus corrigat errorem tuum.

Cap. 21. Magnũ studiũ erga captiuos redimendos.

Catalogus virtutũ eius

Detestatur omne mendacium & detractiones.

Eius hominem interiore prodebat exterior. Nam vultu semper erat placido & Angelico, ita vt conuenienter diuinæ scripturę, corde letante, vultus floreret. Vt autem nunq̃ in risu plũs æquo remissior, itã nunquã mœrore nimio oppressus fuit, nisi fortè aliena peccata lugeret. Nunq̃ aliquẽ odio habuit, nec pro amicis duntaxat, sed etiam p inimicis toto pectoris studio precabatur. Nec docuit verbis, q̃ factis & exemplis nõ p̃staret. Nullam diei horam absq; diuinorũ eloquiorum meditatione abire passus est, immò nè dormiens quidẽ. Sæpè enim & dormiẽs meditari visus est. Cumq; à psalmore meditatione aut p̃dicatione cessare putaretur, lector aut notarius corã illo lege. re nõ cessabat, itã vt posset illud ex Psalmo verissimè dicere: Meditatio cordis mei in cõspectu tuo semper. Cum aliquãdò circa Alpes iter ageret, vir venerabilis S. Eucherius Lugdunensis Episcopus cum illo erat. Accidit tum, vt in media via infelix & morbida mulier eis occurreret, manibus & pedibus contractis, p̃ terram reptas. Quam cũ esset intuitus beatus Cæsarius, interrogauit sanctum Eucherium, quid hoc esset, quòd illa per terram itã se traheret. Eucherius interrogat foeminam, illa respondet se multis annis membris omnibus fuisse contractam. Beatus Cæsarius dicit sancto Eucherio: Descende, & conserua eam. Illo quasi trepidante & excusante sese, Cæsarius instat & vrget. Tandem Eucherius descendit, & conseruat eam, aitq;: Ecce feci, quod iussisti. Dicit ei Cæsarius: Extensa manu apprehende manum illius, & erige eam. Ille respondet: Quicquid aliud iusseris, non recusabit Eucherius tuus: istud vt faciam, adduci non potero. Tuum hoc est facere, cui præstitit Deus gratiam & animas & corpora languentium curandi. Cæsarius ait: Tu interim facito, quod dico. Illo planè renitente, & cum multa modestia & lachrymis sese excusante, diuque facere detrectante, Cæsarius dicit: Tunc obedientia causa in ignem ingressurus es, qui nec misericordia adduci potes, vt facias quod charitas iubet? Mitte in nomine Domini manum tuam, & erige eam. Tum ille obediens, porrigit foeminae manum, & subleuat eam.

Cap. 22. Prouer. 17.

Psalm. 18.

Eucherius Lugdunensis Episcopus.

S. Eucherij humilitas singularis modestia.

Mulier contracta sanatur.

cām. Illa verò mox integrè sanata, abiit ad hospitium suum.

Cap. 23.

In agro suburbano monasterij B. Cæsarij, frequētes erant apri. Itaq; Comites & alij viri militares ex vrbe egressi, non sinebāt homines in suis domibus habitare & laborare, sed misere eos maētābāt, quòd apros auerterent & abstererēt. Illi verò tandē nō ferētes iniurias & vexationes illas, veniunt ad B. Cæsariū, dicuntq;: Fac nobis, quicq; d visum tibi est. Nos enim neq; seruire tibi, neq; durare hīc possumus. Tum ille sollicitè perquirat, quas habeant querelas. Respondent illi: Propter apros veniunt Comites & Gotthi & diuersi venatores, nosq; interficiunt. Mox vir Dei, sublatis in cælum manibus & oculis, alta voce dicit: Domine Iesu Christe, nunquā deinceps pateat illis belluis accessus ad hunc locum. Ab ea hora vsque in presentem diem nunquā illic apri, vt antè consueuerant, pascuntur, nec quicquam conspicitur, quod venatores infestentur. Meritò sanè illi belluæ paruērunt, qui vitia omnia profligauerat. nec difficilè illi fuit impetrare à Deo, qui eius præcepta nunquā violauerat.

Nora vim precū eius.

Cap. 24.

Oleo sacra-
to curat ho-
minem.

Partherius patritius, qui cæteris seruis præfectus, apud dominum suum præcipuum gratiæ locum obtinebat, nequissimi spiritus vexatione sapius in terram, sensibus destitutus, corruerat. Cumq; is morbus, animi potius quàm corporis esse videretur, ex maligni dæmonis infestatione profectus, oleo beatissimi viri benedictione sacro punctus est. Mox ita omnis illa satanæ tentatio compressa est, vt quem, cessante medici opera, Christus per seruum suum reddiderat sanitati, cum dominus eius in terroris exemplum, domui suæ præponeret.

Cap. 25.

Pœna ho-
minis pecu-
lantis.

Non est silentio premendum etiam illud factum memorabile, quod plus & admirationis & formidinis habet. Cum vir sanctus dioccesin suam circumiret, in villa, quæ Lannico dicitur, ab eius loci dominis exceptus est. Postquàm autem discessit, Anatholius medicus, homo pestifer in illum lectum, quo vsus fuerat sanctus Episcopus, scortum sibi voluit adduci. Sed confestim ab incitore diabolo publica vexatione correptus, coram alijs in terram elisus est: dum quæ palam confiteretur temeritatis suæ se dare pœnas, & viri Dei virtutem & suum facinus prodidit.

Cap. 26.

Insigne mi-
raculum.

Multa quidem per intercessionem serui sui Dominum miracula fecisse scimus, sed ea omnia cōmemorare longum est. Vnus è nobis, qui hæc scripsimus, benedictum ab eo oleum petijt, ampullulam plenam accepit, diligenter secum abspertauit domum, & haud secus atque præclaras reliquias asseruauit. Non diu post tertianæ febris ardoribus afflictus, ampullulam illam cum multa veneratione, magni presidij loco, ad caput suum iussit suspendi. Erat autem mundissimo inuoluta linteo, sed, vt arbitror, famulorum negligentia fracta fuit, interim nihilq; minus oleo ad eò intrā illam sese cōtinente, vt ne in ipsum quidem linteum quicquā inde distillaret. Vbi animaduersum est fractam esse, summa celeritate in aliud vasculum oleū transfusum est, mox ampullula illa dissilijt: ab eo autem, qui hæc veracissimè commemorat, Domino adiuuante, febris quamprimum abcessit.

Cap. 27.

Dexteritas
scripturas
exponendi.

In differendis scripturis diuinis, & obscuritatibus elucidandis quanta in illo gratia enituerit, quæ explicet? Erat illi summæ voluptati, si quis eum inuitaret ad obscura loca interpretanda: sed etiam ipse sæpissimè inuitabat nos, dicens nobis: Scio vos nō intelligere omnia. Cur igitur non interrogatis, vt possitis cognoscere? Non semper vacat ad vitulos, sed plerunq; vituli ad vacas properant, vt de maternis vberibus possint famem explere suam. Quod quidē etiam vos omninò facere debetis, vt sciscitatio etiā nos exerceatis, dum ea ratione compellimur perquirere, vnde vobis spiritalia mella promamus. Cernere in beato viro licebat virtutes omnes, virginitatē cum sinceritate cōiunctam, modestiam cum verecundia, prudentiam cum simplicitate, seueritatem cum mansuetudine, eruditionē siue scientiam cum humilitate: deniq; vitā immaculatam, vitam nulli reprehensionis obnoxiam, vitam sui semper similem. Vt mihi misero Cypriano, qui ad discendum tam tepidus fui, vt modò & agnoscam & doleam, me detāti fontis vbertate non tantum hausisse, quantum mea postulabat ariditas. Equis vero charitatis eius eximia, qua mortales oēs complectebatur, ardorem imitari queat? Erat illi hoc vel maximè & in ore, & in pectore, vt inimicos diligeremus, quò etiam nos tum sermonibus suauissimis, tum exemplis suis prouocabat. Deniquè biennio antè, quàm è vita excederet, merces pro rectè factis eius in cælis reposita, in spiritu ei ostensa est, dictumque est illi: Latere in domino. ecce enim quæ tibi parata sint pro labore tuo. Multa eius adhuc supersunt & præclara, quæ prolixitatis declinandæ causa omittimus.

Hic author
prodit no-
men suum.

Hoc